Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1210
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



9
16

Et adorabunt in aspectu eius: omnis familie gentium
quia domini est regnum: et ipse dominabitur gentium. Man
ducaverunt et adoraverunt omnes pingues terre in con
spectu eius: cadent omnes qui descendunt in terram. Et anima
mea illi vivet: et semen meum seruiet ipsi. Annunciabi
tur domino generatio ventura: et annunciabunt celi
iustitiam eius: populo qui nascetur quem fecit dominus.
Dominus regit me et nichil mihi deest: in loco
pascue ibi me collocauit. Super aquam refectionis educauit me: animam meam conuertit. Deduxit me super
semitas iustitie: propter nomen suum. Nam et si ambula
uero in medio umbre mortis non timebo mala: quoniam
tu mecum es. Virga tua et baculus tuus ipsa me consola
ta sunt. Parasti in aspectu meo mensam: aduersus eos qui
tribulant me. Inpinguasti in oleo caput meum: et
calix meus inebrians quam preclarus est. Et misericordia tua
sequetur me: omnibus diebus vite mee. Et ut inhabite
in domo domini: in longitudine dierum. Ps Dauid
Domini est terra et plenitudo eius: orbis terrarum et omnes
qui habitant in eo. Quia ipse super maria fun
dauit: et super flumina paravit eum. Quis ascendet in montem domini: aut quis stabit in loco sancto eius. Innocens ma
nibus et mundo corde: qui non accepit in vano animam
suam: nec iurauit in dolo proximo suo. Hic accipiet be
nedictionem a domino: et misericordiam a deo salutari suo. Hec est
generacio querentium eum: querentium faciem dei iacob.
Attollite portas principes vestras et elevamini porte et
nales: et introibit rex glorie. Quis est iste rex glorie: dominus fortis et potens: dominus potens in prelio. Attollite portas prin
cipes vestras et elevamini porte eternales et introibit rex
glorie. Quis est iste rex glorie: dominus virtutum ipse est rex g